



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula XII. Dimissoriarum litterarum pro Ordinibus minoribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

*unoquoque Ordine quod ipsum Concilium spectavit, diligenter animadvertant, ne Theologicos articulos, aut alia graviora extra Ordinum ministeria examini immisceantur.*

## FORMULA XI.

*Dimissoriarum litterarum pro prima Tonsura.*

**D.** Rodericus, &c. Dilecto nobis in **CHRISTO N.** Scholari nostræ Bracharensis diœcesis Salutem in domino. Tibi de legitimo Matrimonio, ut nobis constat, procreato, cujus vita, & morum probitas, per testificationes nobis factas comprobantur, quique etiam per examen jussu nostro specialiter factum idoneus nobis renunciatus fuisti, ut à quocumque Catholico Antistite quem malueris, gratiam & communionem sanctæ Sedis Apost. habente, & in propria diœcesi residente, vel in aliena de Ordinarii loci licentia Pontificalia exercente, ad primam clericalem Tonsuram ritè ac licitè promoveri possis, & valeas, facultatem concedimus, & impartimur. In quorum fidem præsentis litteras manu nostra signatas, sigilloque nostro munitas, & per notarium Cameræ Archiepiscopalis subscriptas ei concessimus. Dat. Bracharæ Augustæ die... Mens... Ann...

## FORMULA XII.

*Dimissoriarum litterarum pro Ordinibus minoribus.*

**D.** Rodericus, &c. Dilecto nobis in **CHRISTO N.** Clerico nostræ diœcesis, Salutem in Domino sempiternam. Ut à quocumque Catholico Antistite gratiam & communionem S. Sedis Apost. obtinente, & in propria diœcesi residente, vel in aliena de Ordinarii loci licentia Pontificalia exercente, quem malueris valeas statutis ad id temporibus, ad quatuor minores Ordines stante tua idoneitate, & ob necessitatem, & utilitatem Ecclesiæ, ritè facere promoveri, & harum serie tam dicto Antistiti præfatos Ordines conferendi, quam tibi illos suscipiendi licentiam damus, & concedimus. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

## FORMULA XIII.

*Dimissoriarum litterarum ad sacrum Subdiaconatus Ordinem.*

**D.** Rodericus, &c. Dilecto nobis in **CHRISTO N.** nostræ Bracharen. diœcesis, in quatuor minoribus Ordinibus constituto, Salutem in Domino. Tibi de legitimo matrimonio, ut nobis constat, procreato, cujus vita, & morum probitas per testificationes nobis factas comprobantur, quique etiam per examen jussu nostro